1017.
116.

BIBLIOTEKA KÓRNICKA

Ms. Q. 2 BK 1017

BIBLIOTEKA KÓRNICKA
BK 1017

BIBLIOTEKA * KÓRNICKA *

BK 1017

Iacobus Basilicus
Heraclides Despota
Sami et Marchio pari,
Qui postea fuit Palatinus
Valachiæ. Comes itineris
mei Liuonici Anno 1557.
Hunc libellum De Arte Militari
composuit et mihi dono dedit
Vilnæ

Joes Christoporsky
manu sua spr.

ARTIS MILITARIS LIBER I.

In quo Vniversalia oium certaminu(m) Genera Tractantur :-

Cum de arte militari disserere aliqd proposuerimus non equidem ut totam ipsam artem doceremus sed potius ut amicoru(m) & patronorum nostrorum petitionibus ac precibus indulgeremus, ope pretium esse existimavimus Primum generalia omnium certaminum genera breviter describere quae quidem sex esse videntur

Primum Monomachia aut singulare Certamen quod et Duellum quoque vocatur

Secundum leve certamen Quod Itali et Hispani Scaramuccam vocant

Tertium Expugnandarum urbium consuetudo

Quartum Earundem defendendarum ratio & modus

Quintum Larvata pugna quae fit militibus Larvatis et haec nocturna Encamisada a militibus vocatur

Ultimum praelium generale sive conflictus

De Monomachia sive Singulari Certamine

Monomachia est Singulare Certamen duorum se invicem in loco licito ad pugnandum provocantium Solet autem hoc Triplici de causa fieri. Vel ob privatam aliquam Iniuriam ulciscendam atque armis inter se dirimendam Vel cum duo exercitus in castris sint ex alterutro horum exercituum solet aliquis aliquem ex hostibus ad singulare Certamen provocare quod saepe in Hungaria accidit et in hoc necesse est alterum ex duobus interfici Tertio solent ~~interfici~~ aliqui se tantum ad fractionem hastae incitare Observandum autem est in hoc genere pugnae victorem honorem maximum sibi comparare victum autem aeternum dedecus. si se dederit quare in hoc quemadmodum in alijs omnibus pugnae generibus tradere se sive dedecore maximo non potest Etiamsi arma cadant franganturve sive vulneratus aut defatigatus

Valde fuerit ob istas enim causas
quas enarravimus omnis homo miles
in conflicto certamine levi ac quovis
Concursu tradere se servata sua
dignitate ac honore potest in sola
monomachia non licet Si quis ob pri:
vatas iniurias aliquem provocaverit
certamine se dederit, is si nobilis fuerit
nobilitate privatur. Si arma habuerit
vel auream catenam Collo,

Si propter privatas iniurias concedatur
monomachia provocatus armorum contra
provocans locum eligit atque ad hoc dies
praescribitur, et pugnare eodem armorum
genere, qualitate et quantitate. Si in:
conflictu duorum exercituum provocetur.
neque qualitas neque quantitas armorum
consideratur sed quivis prout casu.

illos armatos vtebit cum altero di:
micabit Etiam si alter catafractos
fuerit ipse vero leuis armaturæ eques
Si ad fractionem hastæ tantum se
prouocauerint Idem vt supra obseruatur
nisi quod vterque hastam habere necesse est

Leuis Certaminis quod Scarmuza vocatur descriptio

Leue Certamen fit vbi sine vexillis
sine vllo ordine et aciei instructione
pugnatur et in hoc genere pugnæ
retrocedere non turpe est nec strenue se
gerere valde gloriosum hoc autem
Certamen quinque modis fieri solet
Primum Exploratorium quod fit vt
milites coruscum impedimentis omnibus
retrocedere possint ne illos hostes ma:
gna vi imparatos aggrediatur nam hoc
modo aliquot leuiter pugnantes effi:
ciunt vt hostes non possint ita irru:
pere et interim alij retrocedunt :—

Secundum Spatatorium vocatur quod
fit ut milites in aciem ponatur ac
ordinentur ad pugnam atque ad hoc frontem
maximam fortemque habere oportet ne
hostis his leviter certantibus superatis
milites nondum in aciem positos aggrediatur

Tertium est desertorium quod fit ut hostes
spe victoria allecti ad pugnandum in-
citentur hoc imbecillem frontem habeat
oporteat nam hostes fronte iam superata
quasi victores insequuntur fugientes sive
fugam fingentes et sic in manus eorum
qui latent sive in Sylua sive quovis
alio modo deveniunt et dissipantur
Imo saepe contingit ut hostes nihil
de victoria dubitantes sine ullo ordine
fugientes insequantur et in latentes per-
veniant atque ibi trucidentur vel capiantur

Quartum est inordinatum quod tantum
fit ut aliquis ex hostibus capiatur atque ex eo
quicquid in exercitu fiat et quo se habeat
intelligatur

Quintum est ordinarium quod ex elec-
tissimis militibus instruitur fron-
tem maximam habeat oportet ubi non
subsidia adsint hoc fit enim cuilibet committi
debet nisi hoc qui se strenue gesserit dig-
nus est qui equos armatos erector sit
etiam certamen leve cum exercitus ur-
bem aliquam sive castrum aggressurus
est ad loci situm et qua ratione expugnari
possit explorandum hoc etiam ordinarium est

Expugnandarum artium sive civitatum ratio

Dupliciter expugnatio fit Primo cum tor-
mentis muro admotis murus frangitur
sive cuniculis sive quavis alia ratione
perfringitur tum milites ordinantur et
expansis vexillis aggrediuntur Altera
ubi sine vexillis inordinate scalis
aliisque instrumentis ad expugnationem
ascendere conatur

Defendendi Ratio

Defendendi ratio quoque duplex est Alia
Cum instrumentis artificiisque varijs fit
ut propugnaculo artificialibus ignibus
iaciendo nec non tabulis Certis clauis
munitis per quas milites urbem ingredientes
ire cogitur fossib etc

Altera est qua milites acie instructa im:
petum hostium in Ciuitatem irruentium
sustinent Debent enim qui expugnare
aliquam urbem sive arcem cogitant ac
tentant se paratum agmen militum ha:
bere atque equitum Turmas ordinare quae
nihil aduersus Ciuitatem moliantur ne
forte hostis ab aliqua parte retro aggre:
diatur milites in expugnatione occupatos
atque ita ab opere incepto cessare necesse
sit aut etiam si expugnationem fecisse:
rit ne si aggressi fuerint ab alijs iam
ab expugnatione omnes defatigati se ipsos
deffendere non possint Similiter etiam

Qui in urbe sunt oportet ita milites dividat ut una illorum pars moenia defendat ne ostis scalis sive alio modo ascendere possit altera loca civitatis periculosa et munitiones tueatur ne proditor aliquis ignem accendat. Tertiam partem subsidiariam esse oportet iis qui praemortui aut fatigati sunt reliquos ad defendenda loca a tormentis fracta efficere

De Proelio sive Conflictu et pugna.

In omni praelio committendo haec potissimo observanda sunt equitum peditumque numerus forma aciei tum equitum tum peditum tormentorum numerus loci situs ut. ventos. Sol. etc.

Proelium autem tum Committitur cum duo exercitus qui equites pedites tormentaque bellica simul habent cum exercitum imperatoribus ac omnibus tribus agminibus expansis vexillis pugnant

Prælium fit tripliciter . Primum
Ut diximus Cum de communi consensu
omnes pugnant et assignant pugnandi
tempus quod Itali vocant Giornata co-
flictus est Secundum vocatur prælium
necessarium hoc fit cum alter exercitus in
fines alterius irrumpit Alij pro patriæ
defensione pugnare ac resistere illis co-
guntur vel cum hostis urbem aliquam
obsidione premit Alius vero suppetias
Auxilium ue affert pressis libertate
Tertium est commorbus quod fit vel utrisque
vel altero ignorante hoc genus prælij
plerumque solis peditibus aliquando equitibus
sine tormentis et alijs quae ad verum prælium
requiruntur Sicuum Vexilla adfuerint et
aliquis Phalangarcha sive Magister
equitum præfuerit ac numerusque militum
substraverit hostibus vexilla abstulerint
atque post pugnam hostes acie non instructa

Urbem aliquam ingrediantur vel in locum tutum veniant pro praelio huius modi pugna habetur Sic Marchio Albertus Brandenburgensis circa Sanctum Nicolaum in Lottoringia cum duce Ammaliensi pugnavit Pugna illa pro praelio habita ~~erat~~ fuit In huiusmodi pugna qui se strenue gesserint equites creari possunt.

LIBER II In quo Germanorum Gallorum Hispanorumque pugnandi ratio describitur atque stratagemata quibus vinci possint, docentur

Explicatis universalibus omnibus pugnandi generibus persecuturus ad reliqua artisque da pugnandi praecepta describam quae mihi commodiora tutioraque videntur operae pretium esse existimavi prius earum nationum mores in pugnando describere quas ego

exercitus expertus sum Quemadmodum Germanorum Gallorum Hispanorumque atque a Germanis exordiemur

Germanorum peditum pugnandi ~~ratio~~ Caput .1.

Germani pedites aciem oblatam instruunt in secundo loco sclopetarios collocant hastifero uno in fronte acie opposito ideo equitibus nulla eorum acies hic resistere potest tam hastifer unus ne uni quidem equiti resistit ne dicam multis ... omnino acies haec in lateribus omnibus aeque fortis est atque in fronte verum propter ordinum imbecillitatem dispartiam ac hastiferi unitatem Tribus aut quatuor Ordinibus fusis Tota acies dissipatur Tum si cum gallis atque Hispanis Congrediantur praeclare se defendit

Larvorum quas Hispani Incamisadas vocant ratio

Hispani atque Itali solent nocte inimicos larvati albis indusiis armis super impositis vel alio modo aggredi dormientes hoc autem solis peditibus fit



Caput ·II·

De equitibus Germanis

Germani equites agmina aliquot ordine
unum post aliud collocant atq antequam congre-
diantur locum eligunt in quem exeuntes ex
pugna omnes veniunt. Currunt igitur ag-
mina ista equitum ordine unum post aliud
in girum atq in destinatum locum omnes
currunt atq ibi iterum sclopetis et aliis
omnibus instructis denuo se ferunt in hostes irru-
unt. Nullo igitur alio modo Germani equites
vinci poterunt nisi. Si fuerint Germa-
norum equitum turme quatuor fiant. Etiamsi
pauca sint contra eos duodecim nam
primam et secundam turmam germani
sine dubio fundent atq in locum quem sibi
destinaverant venient vel hoc stratage-
mata collocentur duo aut tres equitum
turme quae illos ex pugna fatigatos
atq inordinatos redeuntes aggrediantur
nam ipsi imparati fugam capessere co-
nabuntur et fugientes confundent. Etiam
reliqua agmina qui adhuc non pugnant

Si vero ipsi hoc strategemate cognito
praesidia ibi aliqua antequam pugna inci-
piatur posuerint omnis cura est habenda
ut ea praesidia primum fundantur nam
iis fusis atque aliis in loco illo substitutis
Germani loco carentes in quo se instruere
possint statim subtrahentur

Caput iii De hispanis peditibus

Hispanis cum Germanis instruendarum
acierum commisse ro^r verum Hispani in mili-
tibus suis sclopetis plurimum valent qua
re caveant duces qui cum illis praelium
committent ut equitum turmas in congre-
diendo praemittant nam ii globis suis primos
qui congredientur facile interficient quorum
corpora humi strata ceteros retardabunt
atque ita tempus sclopetis instruendis Hi-
spanis relinquetur quod quantum detrimenti
afferat facile patet Si vero a fronte
hos pedites aggrediantur metuendum est
ne sclopetariorum agilitate antequam co-
minus congrediantur victoria potiantur
Stratagemate hoc uti oportet aggrediendi
sunt a lateribus equitibus aliquot quos
statim pedites subsequantur ac leniter
cedant ut bombardis emissis statim
pedites in eos irruant acriusque certarint
deinde pugnent.

Cap iiii

De equitibus Hispanis

Cum equitibus Catafractis Hispanis aperto marte confligere periculosissimum est quare levi certamine petendi sunt Levis aut Armaturæ equites nullo servato ordine congrediuntur atque etiamsi victores evadant ad extremum usque hostem persequuntur quicunque vero miles eos vel captivum ceperit vel prædam aliquam nactus fuerit statim relicto signo ex acie discedit Stratagemate vero isto et si meliores fuerint alij facile superabuntur Instruantur duæ Turmæ quæ primum sustineant impetum ac deinde fugam fingentes terga vertant Hispani eos fugere existimantes persequuntur acerrime ac ita currentes disiunguntur qui disiuncti ab alijs equitum turmis a tergo et ab omni parte aggrediendi erunt et hoc modo nullo labore vincuntur.

Caput .v.

Galli pedites

Pedites galli aperto Marte raro pugnant atq aciem raro instruunt quodsi forte aciem instruxerint Italicum morem servabunt duobus aut modis aut copositis alis aut disolutis huiusmodi vero acies frontem fortem habet lattera vero debilissima



Ca: Vi

Galli equites

Levis armaturæ equites in una omnes ætate positi quarum numerus ut plurimum in exercitu uno tria millia non excedit hostem aggrediuntur Cataphracti vero qui et rei militaris peritia et nobilitate præstantissimi sunt Equorum rex Galliæ semper quatuor milia in promptu habet Nam stipendia Regis et pacis et belli tempore merent. Horum numerus in uno exercitu raro excedit duo milia et 500. In multas turmas divisi sunt Singuli vero Cataphracti duos habent nobiles subsidiarios latrones quos arcitores vocant bene instructos Primo itaque in congrediendo sunt leves armaturæ equites qui etiamsi Nobiles sunt tamen hostium impetum nunquam sustinent hos sequuntur subsidiarij latrones Ultimo Cataphracti optimi ordine pugnant turma una post aliam Quare Gallicum equitatum superare difficilimo est eo quod ceteris nationes quæ cum

ijs continuo bellum gerunt primo loco
in instruenda acie optimos collocant
ultimo deteriores optimi autem iam a
levis armaturae equitibus ac latronibus
subsidiarijs fatigati catafractis in eos
irruentibus resistere nulla ratione possunt
et ita fugam capessere coguntur ut
in conflictu Cisi solo accidit Hos
tamen stratagemate eos superari posse
existimo ut primum pedites pugnent
et nullum habeant vel latus vel re-
ceptaculum deinde qui cum catafractis
pugnaturi sunt sint equites optimi ac
singuli eorum post se sclopetarium unum
habeant peditem et cum iam pugnave-
rint equites alij cum levis armaturae
equitibus ac cum ad catafractos ventum
fuerit aggrediantur primum pedites sclo-
petarij cataphractos deinde selecta equitu
turma a latere etiam eosdem aggredi-
atur ita enim facile dissolventur

Liber tertius In quo tota pugnandi ratio, quae et tutior et utilior est Tractatur

Cum iam demonstraverimus pugnationis
in pugnando ordinem relinquitur
ut ad ea accedamus de quibus agere
nob propositum est describamusque ea-
rum pugnandi instruendarumque
acierum quae nobis tum tutior tum
Commodior aut utilior videtur Nam
ea quae hactenus a nobis dicta sunt
omnia ad hoc tendunt. Dicemus igitur
primum de peditibus deinde de equi-
tibus ut nunc de urbium Castrorumque
expugnandorum defendendorumque ratio-
nem describemus

De peditibus instruendis

Sive pedites sive equites sint in ca-
stris locis constituendis semper animad-
vertendum est ut mons ultimos sit
altior qui ab adversariis occupatus

nocte post castris. Gracilibus vero
omnibus instruendis animaduertendum
quod ne milites adversum solem ventumque
abeant (Pedites acies Vtiorem semper
locum in exercitu occupet fortiores
vero semper in locis planis maneant
Si peditum numerus fuerit 15 milia
Duplicata acies constituatur sin minus
simplex ex singulis vero 15 millibus
triplex acies instruatur due parue
in longum protense quarum quevis
tribus millibus constet et una queque
acies in series 65 diuisa sit et
quevis series 40 milites contineat
reliqui 200 quos perdita vita adoles-
centes vocant ad leve certamen reser-
uentur. Ex his vero 9 millibus qui
super fuerint si fieri poterit acies qua-
drata instituatur sin minus pro loci
oportunitate fiat. Ita vero consti-
tuatur ut in prima serie sint fronte
hastiferi sint et retro eos Sclopetarij
Hastiferi vero ita sint constituti ut res
eodem tempore pugnare possint

Tres enim ordines ita collocentur usque
post alium ut una ulna unus ab altero
distet in Debitor enim unus et tres erit
quemadmodum si 94 in una serie sive
ordine videbuntur erunt tamen 282
qum unusquisque duos post se habebit et
cuneorumque exercitu acies hoc modo instru-
cta sive pedites fuerint sive equites
facile omnes superabit quoniam tres semper
contra unum pugnabunt milites que mutuis
se invicem iuvabunt nam posterior
priorem defendit Illae autem duae
acies primae ita constituantur ut
illorum mediatos angulos extremos respi-
ciat Distinctae vero sint ab acie me-
dia si locus concesserit passus 100
Sclopetariorum vero aliqui in interioribus
in exterioribus alij oblongarum acies par-
tibus collocentur residuum in quadrata
acie esse poterit ita ut illorum medi-
etas attingant quodammodo inter eos an-
gulos oblongarum acierum Tormenta quae-
dam in fronte aciei ultimae collocabuntur
sed haec omnia schemate clariora reddentur

Sclopetarij qui agmen quadratum occupant
ubi eam construunt bombardas obstiteruntque
Hostes quo minus eas damno preparent
confugiant ad lattera aciei magne sive
medie vel in spatium illud quod inter
oblongas acies et mediam interest ibi
suos sclopetos instruant et ad pugnam
revertantur animadvertendum tamen est
diligenter ne frontem aciei medie im-
pediant currentes
Multae aliae acierum instruendarum na-
tionum sunt tum pro loci commodi-
tate tum pro militum numero. Sed haec
cum et peditibus et equitibus tuta sit
atque utrique certamini accomodata aliis
omnibus anteponenda erit illaque acies hoc
modo instructa cum quavis predictarum
nationum pugnare poterit

De equitibus

Pro equitum numero sive quantitate acies instruenda est. hoc tamen perpetuo observandum est ut in prima acie sit decima omnium equitum pars, si equites minus fuerint quam 8 millia, sin autem plures quindecima. Ultima vero acies in cuius posteriore parte magnum spatium relinquendum erit sit sextuplo maior quam prima.

Prima acies in primis congrediatur
atque in magnoque ordine sit equitum
numerus quaternarius. Exempli gratia
Si fuerint equites 400 In prima
acie fiant series decem continen-
tque singulae series equites 40
Sequens acies quam subsidiariam
vocant auxiliariam vel secundo pu-
gnet post primam et duplo maiorem
oportet esse prima ut si in prima
fuerint 200 in secunda sint
400 hoc autem quia si primi vel
pugnando fatigati vel profligati
fuerint. Secunda ista acies eosdem
alios etiam fatigatos et inordinatos
maiori in agendi possent a latere

Tertia Turma sive acies que utrisque
peditibus collocanda venit excipiat hec
tantum quantum media ut si in
secunda fuerint 400 in hac 1200
si plures fuerint equites plures
etiam turme acies sue fieri poterunt
hoc tamen observato ut semper
secunda superet una parte primam
ut si in tertia acie 1200 fuerint
in quarta sint 1600 similiter de
aliis semper vero formam obtineant
longam preter ultimam que formam
habere debet quadratam Ut ultime
hostium turme facilius resistere
possit. Distet aut turma una ab
alia passibus si fieri poterit 160
et ita collocentur ut altera a latere
Alterius sit ne aliqua Turma pro:
fligata retrocedens alias Turmas
Confundat impediatque ne pugnare
possint. Si turma una ab alia
longe erit et hostis aliquam turmam
profligaverit Antequam alia turma
succurrere posset loco quem profli-
gati amiserint sequentes facile adipi:

scentur

Si vero turme prope sint aut pares distent mittere una turma afflicta ad suos confugiens alios omnes impediet ac confundet

Turme ille quae iam pugnaverunt post pugnam statim retro agantur ultimo veniant omnes et ibi se ordinent si vero viderit Imperator hoc obser- vari non posse vel pro loci in- commoditate vel alia causa cum ordinem servet qui a nobis de Germanis descriptus est

Post certamen leve emissis tormentis prima turma pugnet quae fractis hastis et si sclopetarii fuerint sclo- petis emissis statim retrocedant ad latus extremum turme tertie hoc est inter pedites et equites turmas Cavendum tamen est ne retrocedentes veniant inter subsi- diariam et tertiam aciem nam eodem tempore utrasque acies pugnare cogeretur atque ita totus ordo perturbaretur

et Turma penultima quae hinc
rem formam obtinet confundetur
deinde ordine suo ceterae turmae pu-
gnent maxime aut cavendum e
ne ultima acies etiam hostes inse-
quendo ordinem relinquat ne forte
aliqua hostium Turma nondum fusa
eam aggrediatur et superet plurib9
enim in praelijs hoc modo qui erant
et victores victi fuerint et ita Gallis
accidit saepius

De Urbium expugnatione

In expugnandis urbibus duae sunt partes altera expugnantium defendentium altera

Expugnare conantis propositum & offitium tentare ut omni ratione congredi cum urbanis possit

Defendentis vero est pugnam omnibus quibus potest modis vitare nam expugnantium numerus semper longe maior est quam urbanorum sive obsessorum ideo si pugnare contigerit facile vicet

Primum igitur si pugnare non contigerit cogetur civitatis moenia deiicere ut ab aliqua parte pateat introitus Triplici autem ratione deiici possunt Primum tormentis bellicis Si his fieri non poterit fossoribus Tertio Cuniculis Subterraneis ultimo Scalis aut aliis modis civitas aggredienda erit

Si vero triangolaribus propugna-
culis munita fuerit in quibus sunt
varia loca ad bombardas recipiendas
(quae casamatae vocant) etiam si
moenia diruta fuerint expugnari
urbs non potest nam bombardae
quae ex illis casematte emittuntur
impediunt quo minus milites fossam
transire possint atque ita urbem
aggredi nequeunt. Necesse igitur est
in his moenia ita aggredi (facilitate
fiunt fossae in gyrum euntes quas
Galli Trancee vocant per quas
milites usque ad urbis moenia perve-
niunt ibi aggerem unum ab utraque
parte extruere qui impediret quo minus
bombardae noceant atque ita urbem
aggrediantur. Inter has quas diximus in
quae ingyrum euntes ad ipsa moenia
urbis perveniunt et retro quas mi-
lites esse debent fieri oportet fessitu-
las aliasque per transversum aliarum.

veniant ut si urbani eos qui in
fossis sunt aggrediantur alij possint
per has fossiculas venientibus cito
occurrere. Nam istae fossiculae recta
linea ad moenia veniunt.

Si urbs fuerit magna ex tribus partibus ad minus aggredienda est ex duabus debilioribus atque tertia fortiori. Nam eam partem civitatis quae extra satis munita est urbani intus munire non solent existimantes hostes eam nō aggressuram, eas vero partes quae omnium debilissima videntur intus bene muniunt, quare ab una parte fortiori introitum tentare consentaneum est.

Si urbis moenia ita iam perfracta sint ut urbani nulla ratione nisi militum vi resistere possint hosti, tum aggrediatur civitatem. Si videat eos fortiter defendere, tum retrocedat; ipsi enim existimantes eum iam ab expugnatione discedere et ita quiescent, ipse vero iterum iterum fortissime aggrediatur et semi imparatos offendet.

Urbium defendendarum ratio :-

Urbs ab hoste obsessa eas tantum partes munire debet quas hostis tormentis sive aliis rationibus deijcere tentat. Si tormentis bellicis hostis introitum parat presens remedium est in fossa facienda. Si vero Cuniculis subterraneis fossa facienda est quae cuniculos suos aperiat. Quandocumque hostis moenijs nondum dirutis fossam implet ibi cuniculum parat tum Statim contra subterraneis Cuniculis venire oportet ubi cuniculum sub fundamento murorum paratur et fossam facere quae cuniculos aperiet ita suo labore frustrabuntur

Si vero urbs fossis careat quoniam scire nequit cum cuniculi ab hostibus parantur nulla alia ratione defendi poterit Civitas nisi expectare donec murus cadat atque deinde

in militibus in civitatem irruentes prohibet

Si fossores moenia deiicere tentant sive scalpellis sive alio modo hac ratione poterit defendi. Civitas in ea parte muri quae deiicitur intra cingatur spatium aliquod quadratum agere hostis muro deiecto sperat se statim in civitatem venturum et in dictum locum ingrediens ulterius transire nequit atque ibi ab urbanis male tractatur

Cum autem ob crebrerrimos tormentorum ictus qua a tormentis deiiciuntur nulla ratione iuvari possit vel fossa vel alio modo hoc strategemate utendum erit ut illi retardentur atque interim tempus relinquatur aliquid parandi vel fossam vel aggerem vel eiusmodi in eo loco in quo ictus tormentorum veniunt tuba canat tibicenque vocetque hostes ad colloquium atque incipiant tractare de deditione et tales conditiones proponat quas norunt non esse placituros et dum ista colloquia fiunt ipsi locum iam dirutum aliqua ratione muniant.

Quaedam necessaria praecepta militaria

Si imperator aliquis cum exercito in provintiam aliquam irruem post huius vero provintiae seu ditionis princeps maiorem exercitum habeat et hostes aggrediatur huic propter militum pau:citatem praelium recusandum est, neque ex hac provintia egredi tutum est, ne fortassis cum potens sit hostis eum ex finibus suis profligare usque in suam regionem sequatur et ad praelium co:mitendum cogat Quare in finibus suis veniat aut circa civitatem aliquam ex suis ad quartam partem miliaris se cum exercitu suo collocet ibi fossis ac aggeribus bene se muniat ne alter ante illum locum eum occupet aut pabulum prohibeat nam et si alter ab una parte illum obsideat tum ex civitate pabulum habere potest et si ipse

venerit potest etiam tormentis prohibere ne aggeres fossasque faciat

Et si hostis potentior fossis circularibus ac variis factis quas trancheas vocant tormentis et machinis illos aggrediatur et illorum aggeres fossasque demoliri conetur Tum si quam primum altera venerit debilior exercitus incipiat leni clamore eos petere atque ita per totam noctem falsis alarmis eos excitet Tum mane hostem fatigatum tum itinere tum aliis laboribus magno impetu aggrediatur vel si fieri possit Cum iam cognoverit quo in loco hostis castra metaturus sit ibi cuniculis factis quam minam siccam vocant una vice omnes perdet Si quis paucas habuerit copias Cum hoste potentiori pugnare cogatur Tum peditum acies ita instruantur in forma Triangulari si plures fuerint ut in uno Triangulo tres sint acies Triangulares hoc modo ut

infra Sint pauciores vnus tantum fiat perfectus triangulus Trianguli vero duae facies .C. si hostis Tormentis Caruerit . Curribus muniatur Tertia vero puguet Quod si aut tempus aut locus fossis faciendis non suppeditaverit tum tabulis Clavibus confixis ac Vardis acies circun=dandae erit et fossae duorum pedum latitudine ac profunditate fiat in ea parte acies quam equites . aggressuri sunt sed haec facilius figuris intelligentur

Si retrocedendi tempus fuerit hostisque in magna sequatur tum fiat acies quadrata et in medio in duas partes dividatur tum secunda pars leni certamine pugnet hostes non percipient illos retrocedere et ipsi pauta: tim etiam retrocedant usque ad ultimum ordinem

Si vero locus per quem retroceditur an: gustus fuerit qualiscunque forme acies fuerit resolvatur tali ordine ut tot fiat in unoquoque ordine quot loci ango: stia recipere poterit instruantque aciem ad eadem formam hec eadem transeundo solvatur atque deinde iterum Componatur atque ii qui prius in medio fuerint fiat secundo in extremis loca occupent ita solvendo et cōponendo retrocedant et semper ordinem servabūt

Hostem fugientem et ubi in vallem aliquam pervenerit in qua se videri nō existimat paulatim et ne prosequaris nam vel for: tior est vel insidias parat militibus vel

alio modo si utro limbo gradu procedat et ubi in vallem venerit currat vult videre fortis et debilis e cu tuto aggredi potes.

Liber Quartus in quo Offi-
tia eorum qui ordines ducunt
ac exercitum Gubernant tractat[2]

Summi exercitus Imperatoris
officium

Imperatoris offitium est copias ducere qui-
escere loco movere ire quo placet et
quomodo illi videtur praelium committe
ac recusare expugnare arces sive orbes
easdem si ei videtur relinquere in de-
ditionem accipere sive in opprimere
prout illi videtur leges etiam contra
principis sui institutum si necessitas
cogerit instituere aut sancire ita tamen
ut non in detrimentum principi sui ce-
dant Milites ad pugnandum fortiter
excitare commodis si fortiter supera-
verint incommodisque si victi fuerint
propositis praeclara facta et gesta ve-
terum illis recensere quam fortes milites

tam gloriae tam lucri cupidi strenue se gerunt utroque proposito ignavi et timidi victoria commodis excitantur militibus persoluere stipendia peccantes castigare ac de iis supplicium sumere annona etiam ad ipsum pertinet ut militibus victus non desit prouidere omnia mandata eius voce fieri Debent captiuos dimittere vel retinere inducias facere et similia Gallis in suo exercitu tres solet habere imperatores pro ut tria sunt agmina frons medium agmen et subsidia vocant ipsi Antiguardiam Bataglia et retrogardiam horum quisque in suo tantum agmine imperat Hi solent minores agminis milites in aliis ministri prout in tres partes diuisus est exercitus sic etiam in diuersis locis collocantur Caesar vero unum tantum summo exercitui suo praefecit imperatorem qui omnia tria Agmina Ducit et

gubernat agminaque ipsa simul in eodem loco convenienter collocantur fossis et vallo bene munita milites vero omnium agminum permiscentur

De offitio praefecti castrorum quem nunc Marschalcum capi vocant

Praefecti castrorum offitium est pro: ficiscenti debellaturo exercitum instruere Tormenta et omnia bellica instrumenta collocare ad eum etiam castrorum positio valli et fossae positio pertinent urbes expugnandas ex qua parte ei visum fuerit aggredi. Cum praelium committendum est aciem et exercitum tum peditum tum equitum instruere tor: menta bellica ubi collocanda sint man: dare omnes tam milites quam alios iu: dicare eius Gallus quos solet in castris suis habere Caesar unum tantum

Magistri campi offitium

Huius munus est locum a præfecto sibi destinatum particulariter dividere singulis equitum tum peditum ducibus vigilias collocare et locum vigilijs aptum invenire. Denique omnia quæ præfectus castrorum in genere facit aut mandat ipse debet exequi et speciatim agere. Gallus eiusmodi nullum in suo exercito habet nisi inter pedites cuius vero offitium longe differt ab hoc quod diximus. Cæsar in suo exercito unum habet pedites quoque hispani habent aliquem qui vices præfecti alium qui tribunorum vices gerunt

Bellicorum Tormentorum

Ducis offitium

Ad hunc pertinet omnia quæ tormentis necessaria sunt providere pontes vias et alia quæ proficiscentibus tormentis necessaria sunt curare introitus in urbes et alia etc.

Præfectus Justitiæ

Nihil aliud tenetur Justitiæ præfectus
agere Nisi ea quæ castrorum præfectus
mandaverit ad furcam producere delinquen-
tes omnes cuiuscumque ordinis sint vexilli-
carii atque iudicibus consultis castigare
quoscumque in ipso maleficio comprehenderit
nullo consulto statim de eo supplicium
sumere. Eandem eam potestatem in toto
exercitu quam habent singuli præfecti cohor-
tis in sua cohorte. Similiter et Judices
Castrenses sunt ut vocant auditores
Campi potestatem habent

Gallis hoc officium in castris suis non
habent sed Cæsar habet

De præfecto annonæ
ac pabulorum etc.

Huius præfecti munus est victus panes
et cetera omnia aliis distribuere præfectis

ex urbibus curare et necessaria omnia
in castris vehantur et triticum farina
potus et ea omnia que necessaria sunt
ad victum quae militibus pro dantur iusto
precio ab eis emere.

Phalangarchae Phalangisue
Offitia tribunus est

Phalangarchae quem colonellum hodie
vocant offitium est suos artem mili-
tarem docere leges vero summi Imperatoris
mentem costituere aciem in locum sibi
a praefecto castrorum destinatum collo-
care capitaneos vicecapitaneos ac
vellifferos in sua phalanga constituere
eosque etiam offitio si illi visum fuerit
offitio privare. Similiter praepositum
primum quoque phalangarcham suis
militibus incomoda militiae si bene
videatur tacere comoda tantum pro-
ponere debet. Potest etiam ipse quemadmodum
Imperator exercitus omnes suos in reos sine

vocatos sive non vocatos promire

Summi pfecti hospitiorum offitium

Summi pfecti hospitiorum offitium est locum a pfecto castrorum militibus destinatum dividere et dato phalangarchæ ac principis quibusdam hospitiorum utriusque exercitus vexilli divisore hospitiorum locum distribuere ille deinde singulis etiam militibus dabunt hospitium distribuent Tamen præfectus hospitiorum summus ante omnia una cum pfecto castrorum Locum aptum ad aciem instruendam si opus esset elligere debet sed hoc offitium præfecti hospitiorum non habent neque inter hispanos equites neque gallos Inter hispanos pfectus castrorum id pficit pfectum coronello

Summus exercituum Lustrator

Huius munera sunt 4 vigiliarum .

numerum et locum quotque in singulis locis vigilare debeant constituere vigilias nocte visitare ac lustrare Signum secretum vocalem sive tesseram ab imperatore acceptum capitaneis qui vigilare ac circuire debent indicare milites quo in ordine atque in acie se contineant instituere Hoc offitium Gallus non habet sed praefectus Castrorum eo fungitur Germani pedites singularem Castrorum magistrum non habent ut galli et hispani sed eius loco habent vicecollonellum latine protribunum

Ducis Cohortis sive Capitanei offitium

Ducis uniuscuiusque cohortis offitium est singulis mensibus hospitorum distributores tres et centuriones eligere (qui inter hispanos et gallos numquam mutantur) Stipendia eis distribuere ad uigilias

collocare Cum vexillo in ordinem
digerere ad pugnam ordinare vigilias
nocte ministrare signo nocturnum his
indicare suos milites in pace continere

Vexilliferi munus

Hic vexillum suum semper tam in pugna
quam in castris et alijs locis aper-
tum et expansum servet pulsantibus
Timpanis Capitaneo sive eo absente
illius offitio fungatur quo inter ali-
quas nationes ut Anglos et Gallos
(Germani vero duces suos vices ge-
rentes habent) quos locũ tenentes vo-
cant non eius autoritatis Cuius Galli
et vexilliferi. Hispani hoc non habent)
quae solent locũ tenentes habere
funguntur illi locũ tenentes

Centurionis offitium

Centurionis offitium est in vexillo que-
admodum Imperatoris summi totius a-
gminis vigilias indicere easdem vi-

Instrator vestrit collocare animadvertit ut milites ordinate incedant Germani pedites in singolis vexillis tres habere solent Hispani vero et Galli uno contenti sunt

Decarchi offitium quem capo di Sqwadra Itali vocant

Ad hunc pertinet pecuniam suis distribuere et quibus rebus milites indigeant suis ducibus judicare

Militis offitiu

Cum iam quid cuiuscunque ducem atque qui in exercitu munere aliquo fungitur quid facere illum deceat ondstimus relinquitur ut militis etiam offitia discamus Militis igitur est obedire superius semper ordines vexillum sequi nunquam sine Ducis sui mandato vexillum relinquere vexillum ad mortem usque defendere Quotiescunque contigerit ea

in vigilijs esse neque abire equitem
in vigilia semper in equo sedere hasta
ita instructa atque si iam concurrendum
esset quod si aliter repertus fuerit ca:
pite plectatur si pedes fuerit stet semper
sclopetum semper instructum habere et
prope ignem tesseram sive secretum nomen
non oblivisci sub capitis poena neque
dormire siquis ex castris exire voluerit
eum retinere qui tesseram ignoraue-
rit statim captivos ac sequenti die
supremo adducat sive colonello si
eques fuerit captivus tradatur eum
supremis ducibus qui eum expedito ca:
strorum tradant
Si vero quis tessera ac nomine secreto
ignorato castra ingredi voluerit tum
si rumor aliquis sit de hostium adventu
subito interficere sin minus ut supra
captivum servare Galli tam egre-
dientes quam ingredientes castra se-
cretum nomen ignorantes et si nullus
sit hostium rumor vigiliae subito

interfuerint potest tamen miles in quo
cumque fuerit loco ad vigilias ingredi
conantem ignorato nomine subito inter
ficere captivos vero quos habuerit ubi
corpus vigilum est adducere quibus vi:
giliis eo in loco et sedere et dormire
armatis licet
Licet militi pedestri si non fuerit
in civitate qua obsidiatur ligna et
panem capere omnia animalia plumata
fure omne avium genus venari piscari
et stramen capere si obsessi fuerint
in urbe muris cincta hospes apud quem
diverterit cogitur illi lectum dare si
ultra quam unum habeat sale can:
delis et igne in commune uti Si vero
locus hic muro caruerit quo hostes
venientes facile potiri possint licet
id quod supra sub Gallo vero mili:
tantibus ista non conceduntur Equiti
licet panem tamen et foenum accipere non licet
scortum cuicumque petiti pro stipendia

militi fodere licet, equiti vero nolli
licet quamvis aliqui velint equitum ducibus
licere. Equum pedestri militi nisi
tria ad minus stipendia habuerit ha-
bere nõ licet Hispanis licet

Leges militares

Positis iam vigilijs sclopetum eiacu-
lari vel gladium evaginare capitale
est horque Gallos severe punit

Tesseram sive secretum vigiliarum
verbũ oblivisci capitale est

Interdum a meridie, cum aliquo pug-
nare capitale est apud Hispanos
non servatur Galli vero ad hoc se-
vere animadvertunt

In castris sive ante sive post meridiẽ
pugnare (nisi apud Hispanos) ca-
pitale est

Signis iam ad arma canentibus si
miles sua negligentia abfuerit capita-
le est

Cum iam exercitus in regione inimicorum

est siue ubi rumor est hostes vicinos
esse militem se exuere non decet
Galli vero etiam in hostium conspectu
quoniam sunt laboris impatientes spo-
liant se genere potius quam castris assueti
Graeci vero nunquam nisi obsessi spoliare
se solent Cum peregrino milite (
quod Belgis et Vallonibus peculiare est)
pro stipendio vel quavis alia re con-
tendere et seditiones rumoresque excitare
Capitale esto Ut Germani et Hispani saepe
faciunt mihi se
Si miles vel ex vigiliis vel ex castris
sine Ducis permissione discesserit aut
aliquid in fortune acceperit vel praedá
Commilitoni alicui abstulerit Capitale esto
exceptis iis equitibus quos nigros vocat
quibus etiam si saepe interdicatur nunquam
tamen obseruant et impune faciunt
Si ebrius cum vigilandum est fuerit
Capitale esto
Si quis in exercitu qui sub nullo signo
sit sine vexillo aliquid praedatus fuerit

nisi insignis aliquis vir fuerit in pone
ex miles prædam eripere potest
Potest miles in acie suum locum alteri
tradere etiam prohibente Duci et si in
signis vir fuerit recusare exceptis
auratis equitibus
Posterior in acie anteriorem fugientem
interficere impune potest
Quidquid miles ab hostibus prædatus
fuerit suum est nisi aliquem captivum
acceperit virum insignem et qui
magno aliquo apud suos officio fun-
gatur hunc Colonello sive Tribuno tra-
det
In urbibus quas in milites expugna-
uerint quæcunque et quicquid ceperit
suum est Si urbi deditione recipiatur
urbs et captivi primates eius pro quo
bellum geritur est Coetera Imperato
ri exercitus et quæ dà præfecto castrorum
debentur unus tamen ex præcipuis ca-
ptivis phalangarcha sive colonello illi de-
betur qui primus in pretium fecerit

Militibus ijs qui primo irruptionem in urbem faciunt stipendium unius mensis pro dandum est Ita etiam ijs qui urbem dirutis moenijs defendunt hostibus discedentibus unius mensis stipendium dono datur

Cuicunque supremo aliquo munere fungenti nempe phalangarchae supremo equitum praefecto et similibus licet militem delinquentem deprehensum subito punire vel cum autoritate reprehendere

Ducibus etiam licet militem etsi non sit sub suo vexillo modo in agminis sive legionis fuerit crimine deprehensum castigare

Vexillifero similiter tantum vexilli milites corrigere licet

Similiter Lustrator alicuius legionis qui pro suo arbitrio stipendia militibus dat apud Gallum vero longe Alia est ratio stipendiorum militis in ijs quae ad lustrationem pertinent peccantes punire potest

Hæc sunt quæ de re militari dicere
proposuimus nō equidem ut totam ipsam
artem edoceremus sed potius ut amicorum
quorundam petitionibus indulgeremus
Breviter igitur ea descripsimus quæ nobis
in castris occurrere potuerunt Quare
benignus lector boni cōsulet et medita:
bit ea ut castrensia non potuisse in
castris ita bene describi quemadmodum
si inter mensas descripta esset Finis igitur hic sit

Figurarum Significatio

O Sclopetarii

/ hastiferi

9 Equites

Vexilli

Tormentum Bellicum

Turticarum acierum instructio tum peditum tum equitum

Turca in instruendis aciebus suis ordine in
hunc struat. Primo aciem quadratam instruit
in cuius fronte tormenta bellica collocare
solent catenis ferreis simul vincta
Latus utro dextrum et sinistrum camelis
catenis similiter vinctis muniunt. Ultra tor:
menta bellica in fronte collocant lectissimorum
selectissimorum ordines sex qui ordines
frontem totam muniunt latera etiam
utraque sex similiter ordinibus muniunt
qui totam quadratam mediam aciem.
Cingunt. Ultra sex istos ordines ab utroque
latere sunt acies duae optimorum equitum
inter quos sunt principes et praefecti et
haec Pſidia vocantur. In ultima ac po:
steriori parte quadratae aciei collocant
tres ordines, etiam selectorum equitum
In acie aut quadrata q camelis cingitur
Circa frontem ultra tormenta ponunt ordi:
nem unum sclopetariorum. Deinde ordine collo:
cantur tres cohortes sclopettariorum nau:
ticorum quos vocant nassadi. Post dos
collocantur cohortes multae peditum sa:
gittariorum ordine quos vocant Solachos

aulicos. Post hos Janizari aciem qua
dratam instruunt in cuius medio relin-
quitur spatium Satis magnum ubi Cæsar
manet ipse cum sedet in equo illius
equi pedes vinciuntur ne ei liberum sit
fugere a dextro latere Janizaros sunt
equites aulici Spahi vocantur a sini-
stris vero equites aulici Silictarij
Cum vero pugnandum est ex fronte fiunt
aliæ et turmæ quæ sunt a lateribus una
post aliā in pugnam veniunt sed hæc
figura reddetur clariora
De hac Turcicarum pugnandi ratione nihil
scribere institueram nam cū ego in ter-
tiam proficisci cogitarem non existima-
bam mihi utile fore si hoc nesciret
turca. verū visis literis Illus^ma^ Cel-
situdinis vrā quibus hoc sibi gratum fore
declarabat committere nolui quin aliqd
etiam hac de re scriberem præsertim
vero nactus cum horem qui se talem
aciem turcarum vidisse testatur Hic vero
est Generosus D. Nicolaus olescinens
Polonus

Polonicarum copiarum instructio

Cum potentissimi Poloniae Regis copias
ac exercitus totius lustrationem viderim
omittere nolui quin illius aciei instructi-
onem describerem. Presertim cum existimem
equitatu regem Poloniae esse christiani orbis
principes superare et ego fallor nisi qui
et Caesaris christiani et Regis Galliarum
ac Germanorum principum nec non pon-
tificis copias saepissime vidi ac in hijs
ab ipsa pueritia educatus sum fallor
nunquam nonnisi quartam partem eius equi-
tatus apud aliquem eorum vidisse nec solum
quantitate aliis mihi superare videtur
verum etiam fortissimis strenuisque viris
ac nobilibus omnibus quod mirum apud
nullas enim nationes invenitur equitatus
in quo non sit maior pars ignobilium
Sed formam totius exercitus in varias acies
divisi paucis verbis describemus deinde
plena quam melius fieri poterit deline-
abimus quod pulcherrimam artificiosissimamque
ac visu dignam esse videbimus. Sciendum
tamen est in hoc apparatu nec omnes Lithua-
niae vires coactas esse et polonorum

praeter voluntarios tantum quatuor millia
peditum fuisse nam si polonicae vires
cogerentur ad minus viginta millia equitum
esset sed hic fuit tantum apparatus adver:
sus Livonicum hostem non potentem Omnes
copiae primum in tres partes dividuntur
in frontem medium ac subsidiariam po:
steriorem exercitus partem Frons constat
octo millibus equitum et duobus millibus
peditum in ipso medio frontis est acies
una sagittariorum equitum acies retro hanc
est alia acies equitum bene armatorum
ac fortium a dextro latere est acies
equitum polonorum mercenariorum in hac
acie est ipse imperator qui nunc fuit Pa:
latinus Podoliae Post hanc paulo
inferius est acies quadrata duorum millium
peditum a sinistro latere sunt duae acies
una in qua est imperator Lithwanica copiarum
Palatinus Trocensis cum Baronibus Lith:
wanis Post hanc est minor sagittariorum
Lithwanorum ac tartarorum acies sive forma
Omnes vero istae acies sunt in longum proten:
sae ita ut totus exercitus quadratam
formam obtineat Distant vero singulae
acies inter se 40 passibus aut circiter

Sequitur medium agmen, in cuius fa-
cie sunt equites selectissimi aulici
Husarico more armati. A dextro latere
paulo inferius sunt ultra mille equites
Germanico more armati Quos Bronsvicos
vocant. Post hanc autem magno spatio
inter posito est a tanta Regia vexillum
et equites aulae fortissimi. Post hanc e(st)
alia turma magna in qua sunt pincerna
Lithwanus et procancellarij ultra mille
fortissimi equites. In fronte est acies
peditum Polonorum duo millia. Inter istas
acies aulicorum Regia est Maiestas
a sinistris medij agminis est turma una
300 Tartarorum Ill(ustrissi)mi Palatini Vilnensis
Post hanc est acies una peditum Lithwa-
norum ibique in superiori parte sunt 20 tor-
menta bellica. Infra has sunt duae tur-
mae in prima sunt equites Polonici sagi-
tarij ac sclopetarij. In secunda est magister
equitum et ibi sunt equi ad manum
ducti [illegible] circiter 400. Ultimo est robur
totius exercitus quod vocatur turma
valida continens 10000 equitum longa
quantum totus exercitus et a sinistro

et dextro latere sunt supplementa
exercitus sive cohortes subsidia continentes
singulæ duo millia equitum et in summa
in toto exercitu fuerunt 35 millia equitum
ac hæc est totus exercitus descriptio quæ
figura melius ad oculos ponitur.

BIBLIOTEKA KORNICKA

B. 1
2 VI.

[illegible] S. BASILII, MS.

1 117/116